



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Lieræ sigillatæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

LITTERÆ Dimissoriae, & licentia ad Ordines, non possunt dari à capitulo Sede vacante infra annum vacationis. Atque pœna capituli contra id facientes est interdictum. Ordinati autem minoribus, sunt priuati priuilegio clericali : Ordinatus verò maioribus, est ipso iure suspensus ad beneplacitum futuri prælati. cap. 25. num. 68.

LITTERÆ Sigillatae. Qui inuenit scriptum in quo aliquis scripsit sua peccata, & legit, peccat mort. nisi fama proximi parum laederetur.

Peccat etiam mort. qui legit schedulam, cuius initium scriptum erat, *Memoria peccatorum*, vel aliquid simile. cap. 18. num. 34.

Qui referat vel legit litteras sigillatas, quæ in secreto obseruantur, animo lædendi notabiliter, vel dans causam, peccat mort. Referans verò ob curiositatem sine intentione lædendi notabiliter, vel sine probabili periculo eius, solum peccat venialiter. cap. 18. num. 53.

Prælatus licet potest referare literas suis subditis missas. Idem de præfecto militum in finitimis hostium locis constituto, maxime tempore belli. num. 53.

Idem de inimico mittentis epistolam ad alium, vel eius cui mittitur, qui potest illam referare, si iuste timet aliquod damnum sibi imminere.

ad
ede
oc
di
pri
erò
pla
cri
&
um
am,
ca
tas,
de
cat
finc
ro
ali
suis
cum
axi
ad
lam
sibi
cre.

imminere. Potest etiam epistola referari, quando probabiliter timetur damnum alterius tertio. num. 53. cap. 18.

LITIGIUM. Peccat mortaliter qui paciscitur, vel transigit in causa criminali: lecus, si cessat scandalum. Item peccat cum obligatione restituendi, qui accipit aliquid ut discedat à lite iniusta. Item peccat sine obligatione restituendi, qui ut vincat in causa iusta, utitur instrumentis, vel testimoniis falsis. cap. 25. num. 32. vide tit. accusatio lit. E.

LOCATIO
& conductio.

LOCANS domum meretrici, peccat **A** mort. cap. 16. num. 15. hoc autem limitatur, quoniam locatur eo fine ut meretetur; securus si eo fine, ut vivat. cap. 17. num. 195. §. 4. & clericus. cap. 21. num. 25. idem dicendum est de locante domum usurario. ibid. Peccat mort. qui locat arma volenti aliud interficere vel iniustè percutere. cap. 17. num. 195. in principio.

Qui mittit locationis pretium per numerum non habitum pro fideli, cuius dolo vel culpa periit, tenetur restituere; securus si misit

B Hh * per